



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXLIV. De Mirabili evasione Christi fidelium de manibus infidelium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Conradus de Feuchivangen X. Mag. Gen. Ordinis Teut.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.*

soviae nescio quo ductus Spiritu treugas inter Christianos & infideles ad certum terminum ordinavit, infra quos dum Poloni nihil timentes officiis vacarent, Lethovvini rupto Treugarum foedere, irruerunt in eos, & Casemirum Ducem & totum Populum peremerunt, praeter unum militem, qui evasit solus, ut haec aliis nunciaret.

ANIMADVERSIONES

- (a) Lancitiensi legit Exemp. Elbingense. Lancitia vero est oppidum majoris Poloniae.
 (b) *Treuga* est vox barbara, & significat illorum temporum scriptoribus idem, quod pax seu inducit à Germanico Treive. Vid. Vossius lib. 1. de Vitiis Serm. Lat. Cap. 1. pag. 4. & lib. 2. cap. 18. pag. 313.

CAP. CCXLIV.

*Mirabili evasione Christifidelium de
manibus infidelium.*

Hoc anno circa festum B. Jacobi Apostoli frater Conradus Stango Commendator de Raganita cum paucis fratribus & armigeris ivit versus castrum Junigedam, præmittens nuncium, ut investigaret statum Castrensum; qui cum festinatione reversus ait, totum Campum & Castrum cum suburbio pugnatorum potentia plenum esse. Hoc audito, fratres & alii consternati mente dixerunt; ergo evadere ipsos non possumus, quid ergo faciemus? Respondit Commendator, confortans eos verbis Judæ Machabæi, dixit: Facile est concludere multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu DEI cœli liberare in multis aut in paucis; quia non in multitudine exercitus victoria, sed de cœlo fortitudo est. Pertranseamus ergo eos viviter & Dominus liberabit nos; quod consilium placuit omnibus.

CHRONICI PRUSSIÆ.

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Tent.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia.

327

bus. Unde signantes se signo sanctæ Crucis, transeuntes dictum Exercitum Lethovinorum plures interfecerunt, aliquos lethaliiter vulnerarunt, ceteris in fugam conversis, cum suis sani & incolumes redierunt. Ecce quomodo unus persequebatur milie & duo fugabant X. Millia. Nonne ideo, quia Deus suos vendidit, & Dominus conclusit eos, utique tu es ergo DEUS, qui facis mirabilia magna solus Iesu Christi, qui es benedictus in secula seculorum Amen.

CAP. CCXLV

De

Exustione præurbiorum Castri Junigedo.

A Nno Domini MCCXCIII. tempore hyemali, Magister nec sibi nec suis parcens, nec laboribus, nec expensis; Sed semper intentus ad exaltationem fidei & fidelium, congregatâ omnipotentiâ exercitus sui, venir ad Castrum Junigedam, & hostiliter impugnavit, occisis pluribus duo suburbia dicti Castri (a) unum in monte aliud in valle redegit in favillam.

ANIMA DVERSIO

(a) Aliud illud fuit suburbium Castri Vista. Kojal. l. e. p. 203.

CAP. CCXLVI

De

Impugnatione Castri Scalowitarum.

D E hoc exercitu fugit occulte quidam armiger de Raganita, natus de terra Barthenfi, filius perditionis, qui veniens ad Regem Lethovinorum obligavit se sub poena capitis sui tradere

re

